es. Tamen p̄pter p̄ceptionē tuā obediō cū omni  
virtute. & orabo deū licet peccatrix. Et eleuans  
oculos ad orientē. manus erexit ad celos. & cepit  
silēter orare. ita ut cāeuz labia mouerent. & vox

penitus nō audiebat. Vnde & zosimas nullū ver-  
bum orationis potuit intelligere. Sed hoc deum  
sibi testē adhibens dicebat. quoniā dum p̄lixā mu-  
lier faceret orationēz. Vidit eā in loco in quo sta-  
bat orās a terza suspensā in aere. quasi vni; cubi-  
tī mensura. Qua visione. magno p̄phensus est tē-  
more & cadens in terrā. cepit sudorib; mundare.  
stuporib; p̄phendi. admiratōib; estuare. nichilq;  
aliud dicere poterat. nisi tantūmodo kyrieleyson.  
Dū hoc agere. cepit senex cū magna dubietate  
hesitare. ne forte esset spūs fantasie. fingens orōez.  
moxq; p̄uersa mulier leuauit abbatem a terza. Et  
ait ad eū. Abba ut quid te p̄turbāt cogitationes  
tue intē ut scādalizat; sis in me. existimās me im-  
mundū esse sp̄ritūz. orōem simulantez. satisfaciāt  
tibi domin;. peccatrix sum mulier. tamen sanctūz  
dñi nostri hiesu xp̄i baptisimū induta sū. & nō suz  
spūs. sed magis terra & cinis. nullaq; habeo sp̄ri-  
tus opa maligni. Et hoc dicens. signo redemptio-  
nis sancte crucis frontē oculos & pectus sibi de-  
pingens dixit. Deus omnipotens abba zosima cri-  
piat. nos de iniquo. Senex autē p̄iciens se in terrā  
app̄hendit pedes eius. dicebatq; cū lacrimis. Cō-  
iuro te p̄ xp̄m dñm nostrū. qui nasci pro hominū  
redemptione ex virgine dignatus est p̄pter quem  
carnes tuas ita afflixisti. ne abscondas a seruo tuo  
que sis. uel vnde. aut quādo. uel quomō ad habi-  
tandū hāc heremū aduenisti. Mulier a terza eū ele-  
uans dixit ad eū. Turpe quidē & omnino verecū-  
dosuz michi videt abba zosima tibi enarzare vere-  
cundiā opey meoy. Sed peto ut veniā michi p̄ce-  
das dicēti. Nudā me vidisti corpore. notos faciāz  
tibi actus meos. ut scias qz mei operis opprobriū  
nō gloriā meā querens occultabaz. Nā p̄ que opa  
mea habeo gloriari. dū fuissem vas p̄ditionis dya-  
boli. Scio em̄ qz si opey meoy initiūz narrationis  
fecero. fugā petitur; es. ac si quis fugiat a serpen-  
te. tamen dicā omnia. nec quicq; tibi occultū faciā  
Sed peto & dep̄cor te pater ut indefinētē orare  
p̄ mea miseria digneris. ut tuis intercessionibus  
merear inuenire misericordiā in illo examinis die.  
Tūc senex p̄tensis manibus copiosas fūdebat la-  
crimas. **C. LXVIII.** **C.** Qualiter illa ce-  
pit ei narzare cursum vite sue.

**M**ulier autē cepit explanare suā narzatōz  
dicens. ego pater patriā habui egiptum  
Et dum mei adhuc sup̄essent parentes  
xij. āno derelinquēs eos. alexandriā petij ciuitatē  
vbi qualiter ab initio corpus meū tradiderim cor-  
ruptioni. q̄literue iugit̄ insatiabili libidmū fluxui  
deseruiēim. sermonib; enarzare minime possum  
Breuiter autē tibi dicā abba mee fornicatōnis inq̄-  
tatez. Decem & septē & āplius fere ānis publicā  
astās loco. pessimū mei corporis negociū exercebā  
tradēs volentib; irrecusabilit̄ carnis mee pudorē  
repellēs a me omne acquisitionis lucrūz. vnū tm̄  
michi erat lucrū. luxuriosam acquirere vitā. Naz  
ludus. ebrietates. insomnietates mihi p̄ thesauro  
videbant. multotiensq; oblatū michi lucrū recu-  
sabam. ut amplius acquirerē pessimi mei desiderij  
amicos. & hec q̄si locuples faciebat. sed & egesta-  
tem p̄ dinitijs reputabā. Vnus vero & magnus  
mibi erat ardor desiderij p̄digijs & diuicijs risib;  
& iocis insistere. & dieb; & noctib; pessimā cor-  
porali nature iniuriā irrogare. Estiuo autē tpe p̄ci-  
git me videre turbaz egiptioy & libioy currētē  
p̄tra mare. interrogās quo festinarēt. audiui eos in

hierosolimaz ascendere. crucē redemptionis post paucos dies desiderātes vidē. Tūc respōdi viro narzātī michi. p. deū te diuro. si voluerō eis comitari dabunt licentiā michi. Ille respondit. Si naulū dederis. expensafqz habueris. null? eozū te phibere potest. Dixiqz ad eū. Corp? meū eit illis p. naulo. Ideo autē cū ipis comitari festinabam. ut haberem in eis amicos pessime & sordidissime mee voluptatis. Ego quidē abba zosima rogaueram te ut nō michi imputares meas tibi ineffabiles dicere verecūdias. qz vndiqz tremorē pcurior. viuūt dñs qz pollunt meīs sermonibus nō soluz aures tue. sed etiā ipse aer. Tūc zosimas fortiter lacrimatus dixit. Loquere p. deū te diuro sotoz mi loquere. ne ptermittas ceptā narzationē edificationis. Illa vero cepit explanare ita dicēs. Vir ille qui a me interrogatus fuerat quō turba illa pgeret. audiēs turpes meos sermones subzidens abiit. Ego vero veloci? ad mare cursum faciēns. vidi iuuenes ad litora maris astātes numero. x. lusus & motiones vane iuuetutis habentes. expectantes sodales suos nauigatores. Nā plurimi in nauiculā iā ascenderūt. ducētibus me autē simul cū eis in nauiculā ascendi. Totaqz michi nauigatio erat. lusus. ebrietates. ad ulteria ridicula. turpia verba. uel alia filia. que tibi ligua explanāe minime potest. ut etiā honestatis viros ad miserā inuitaret. Totaqz vita mea aīaz erat pditio. & lacus eaz erat mea crudelissima caro. Vnde semp admirās stupesco quomō maē meas sustinuit iniquitates. aut quomō terra os suū nō aperuit. & viuā me infern? nō absorbit. Sed ut video misericors deus mea iniqua opa sustinuit. penitentiā desiderās. q nō vult mortē peccatoris.

**C. LXXIX. C. Qualiter beatā virginē apō filiū suū fidedictricem pro se dedit.**

**A**tergo puenimus hierosolimā pteriti s etiā deteriora faciebā in pditionē mltoz infaniens. omnē ciuitatē girabā. animas innocentū venādo. Igit? scurzentib? mane ad ecclesiā volēs comitari. pueni siml? cū eis ad regias atrij. & non pmittebar ingredi. Vixqz cū magno fletu & labore appropinquabā. Sed qñ limen regie calcabā alijs ingredientib? me solā quedā diuina virtus ingredi phibebat. Rursus impudenter me ingerebā. sed iterato repellebar. intācuz ut sola in atrijs astās muenirer. Existimans ergo ne ex feminea debilitate hoc michi ptingeret. Iteraui cū alijs ampli? repetendā ingressionē. cupiēs introitū adipisci. Sed tanq? militaris acies cōtra consistēs ingredi nō sinebat. & iterata vice vsqz foras atriū repellebat. Dū hoc frequenter michi ptingeret. iā defecta virib? ac desolata membris ita ut nec standi michi virtus sufficeret. postpositis omnib? in quodā angulo atrij seorsuz recessit. tractās mecū vnde michi hoc occidisset. qz mīme templū ingredi potuissē. Tandē aliqñ intellexi vnde talis eueniret strarietas. ut adorādī michi lignū viuificū sancte crucis copia negaret. Salutis em̄ verbū patefecerat cordis mei oculos. reuelans michi. ob sordes peccatoz meoz ingressum templi me nō mereri. Tūc cepi miserabilis flere. pectusqz manib? tūdere. & ex alto cordis infinita dare suspiria. lacrimasqz affluentē effūdere. Respiciēs autē de loco in quo stabam. vidi seorsū imaginem fixā vultū habentē sancte dei genitricis. ad quā de toto cordis affectu dixi. Sancta virgo q

dei verbū incarnatū genuisti. Scio q? imerita suz tantis polluta sordib? & tantis miserijs repleta. respicere magnitudinē tuā. sed certa sum q? ideo deus quē genuisti. homo dignat? est fieri. ut peccatores vocaret ad penitentiā. Auxiliare ergo mihi sancta dei genitrix. qz nullū habeo solatiū. & ipe tra me regias sancte itroire ecclesie. Obscuro te dñā. ut agnoscere me facias videntib? cūctis sancte crucis venerabile lignū in quo carne affixus est deus. quē tu sancta & imaculata genuisti virgo. qui suū ppter totius mūdi salutē effudit sanguinez. Iube michi dñā clausas regias patefieri. meūqz adimpleri desiderū. ut adorē sanctissimū lignū crucis. fidedic corā deo quez genuisti. qz de nouo carnē istā sordidā & pessimā nō maculabo operibus. Sed mox ut michi lignū sancte crucis adorare pcesseris. renūciabo seculo & omnib? que sunt seculi. & vadā vbi pceperis. Nec dū dicerez. satisfeci menti mee. qz sancta dei genitrix posset pro me hec omnia obtinere. Et relinquēs locū in quo orabam. miscui me inter hos qui templū igre diebant. nullusqz reptus est qui me foras repelleret. sed magis ut vnda maris. ita me turba intus impellebat. donec appropinquare sancto loco. quē prius nec pedib? calcare poterā. Nā absqz vllō labore adoraui sanctū lignū crucis & sensi ibi odorem suauitatis. **C. LXX. C. Qualiter ad heremū pergens ibi penitentiā egit.**

**A**ppropinquās ergo loco in quo pmissio nem fidedictionis sancte dei genitricis fecerā. flectēs genua. his cepi loqui sermonib?. Tu michi dñā miserta es. meafqz preces non repulisti. nūc vbi tibi placuerit dirige me. & demōstra michi penitentiā & salutis viā. Dū hoc dicerem. facta est vox dicentis. Si iordanē trāseris. illic bonā inuenies requiē. Ergo dū talem audissem vocem credēs eā dictā fuisse ppter me. Initiū vie cū lacrimis faciebā. & ascendēs nauiculaz transfretauī iordanē. pueniqz in heremū. & ex illo tpe vsqz nūc semp elōgauī fugiēdo habitās in deserto expectans deū meū. qui saluos facit ouertes ad se. Sexaginta anni sūt. ut existimo ex quo sanctā egressa sum ciuitatem. Duos quidē panes mecū ferebā & dimidiū qñ iordanē transierā. qui p tpa qñ lapides duri facti fuerant. Ex his modicum comedēdo aliquātos transegi annos. Crede autē michi abba zosima q? decez et septē annos cū imāsuētis cogitationū bestijs in hoc deserto trāsegi carnalib? reluctans cogitationib?. dū recordabar affluentie pteritoz ciboz. Desiderabaz em̄ carnes ul? pisces quos antea in egipto comedebaz. delectabar & vini potu insatiabilē. multo em̄ vno vtebar dū fuissēz in seculo. delectabar nephādis cāticis demonū q? ante didicerā. Sed mox ut lacrimas fundebā. & manib? pectus vulnerabam. reducebā ad memoriā illam quā fidedictricē michi feceram. duz in hanc egredere heremū. & qñ ante dei genitricis astarē ymaginē. ita eam lacrimabiliter orabā. ut amoueret pessimas ac sordidissimas mētis mee cogitātes. & dū plurimas funderem lacrimas. vndiqz michi refulgēs videbam lumen. atqz claritatis arcūdabar choruscis. Rursus infestabar fornicationū meaz cogitationibus. q? quasi ignis vehemēs. ita deuasstabāt viscera cordis mei. Sed ad osueta orationis recurrēbam arma terre me pijciens. eamqz lacrimis inūdans. meaz michi orabam succurrere fidedictricē. ne postmodū ue

puanica ex dānatois extreme luere penas. Nō em eleuabā faciē meā a tēra nisi toti? diei noctisq; cōsumatū fuisset spaciū. & dulcissimi illi? splendoris fuisset lumine circūdata. qui totā illā temptatiōne cogitatiōnū fugaret. sicq; sancte dei genitricis fidei dicit rē mee p̄fecta solatio. transegi xvij. ānoꝝ spacia. innumera ouadens pericula. & ex illo tpe vsq; actenus auxiliatrix mea michi p̄esto inueniē vbiq; & vndiq; vigilās custodit me. Illisq; expensis ut dixerā panib? p. xvij. ānos. comedebā. herbas q̄ in deserto inueniebant. Vestimēta autē mea cū quib? iordanē trāsgressa sum. dirupta atq; putrefacta sūt. Nā valde a p̄ximis hys malib? et estiuis ardoꝝ tribulata sum. Ab illo tpe vsq; nūc diuina misericordia eripuit corp? et animā meā a cūctis periculis. Fitq; mihi recordāti quāta mala quātaq; pericula p̄ diuinā euaserim gratiā magna leticia. & spes crescit salutis. Cib? potusq; aut vestimentū michi est verbū domini. Quoniā nō in solo pane viuūt homo. s; in oī verbo qd̄ egrediē de ore dei. **C. LXXI.**

**Qualiter narzationē finiuit & sacramenti cōmunionem petijt.**

**H**oc audiens zosimas q̄ ex testimonijs diuinay scripturay locuta est. ait ad eam. psalmos o dñā mi uel alios scripture libros legebas. Ait ad eum. Crede michi homo dei qz nō vidi aliū hoīem ex quo trāsfretauī iordanē nisi tm̄ nūc tuā p̄sentia. Sed neq; bestia qualem cūq; aut aliud tm̄ animal. L̄ras vero nūq; didici. neq; aliquē legentē aut p̄fallentē audiui. Sed verbum dei semp̄ viuēs omnē hoīem docet scientiam. Ecce explanauī tibi opa mea o pater. rogo te ora p̄ me peccatrice. Cūq; mulier sermonē p̄flecter. flectens senex in terza genua. vocem cū lacrimis eleuauit dicens. Benedict? deus qui facit magna mirabilia. Illa vero eleuās senem a terza dicebat. Hec omnia que audisti a me homo dei. p̄ saluatore rem te p̄iuo dñm n̄m hiesu xpm̄. ut nulli ea loq̄ris. quousq; de terza me deus assumi iusserit. Rogo autē te p̄ dñm ut in sanctis ieiunijs futuro āno minime trāscas p̄ iordanē iuxta p̄suetudinē monasterij. Audiens autē zosimas q̄ & solennē monasterij regulā ei nūciasset. mirabā n̄chil ei dicēs. nisi tantū gloria tibi deus. Habita ait illa in monasterio. & nō egrediāris iuxta regulā. qz nec p̄mitterē tibi. Et sancta vesptima hora cenē dñice. sume sacrosanctū corp? & sanguinē dñi nostri hiesu xpi in vas mūdissimū. ferensq; michi expectās me in illa pte iordanis iuxta seculū. ut vbi veniēs suscipiā viuificationis ac redemptōis misteria. quia a die illa q̄ in oratoriū sancti iohānis veniēs p̄usq; trāsissem iordanē p̄muicauī. vsq; nūc mīme sacrosanctū corp? uel sanguis domini nostri hiesu xpi p̄cepī misterij. Abbatē autē iohānem p̄ximū monasterij in quo habitare videris p̄mone dicens. Cautus esto frater mi & sollicitus erga p̄gregationē tuam. eo qd̄ aliqua ibi p̄ueniāt que necessaria sūt emēdāri. Et hoc dicens adiecit. ora p̄ me dñe pater. petijtq; interiora deserti. **C. LXXII.**

**Qualiter zosimas recedens ad eā. cū sacra p̄munionē redijt.**

**H**bas vero zosimas in oratione redijt. flectēs genua sua. osculabā terzā i qua sancta pedib? steterat. remeansq; de heremo. eo die ad p̄xiū deuenit monasterij quo solitum fuerat monachis remeare. & totū quidē annum siluit. nullū alicui verbū dicēs de his q̄ viderat.

**rat.** Elapso autē āni circulo supuenientib? diebus ieiunij. Prima dñicoꝝ die post solennem orationē alij omnes iuxta regulā egrediētes psallebāt. Zosimas autē leui febr̄i contactus egredi monasterij minime potuit. Sicq; recordatus est verbis sancte mulieris que dixerat ei. qd̄ si egredi monasterium volueris minime tibi licebit. Trāfactisq; p̄uis diebus p̄fortatus ex egritudine p̄pinq̄ate die cenē dominice festinās p̄ceptis dei parē & mulicis. Detulit secū in puo calice sacramenta corporis & sanguinis dñi nostri hiesu xpi. sumens etiā pauca dactilos. canicas. lentē aqua infusam. vespe p̄uenit ad ripā iordanis. expectans p̄sentia sancte mulieris. Que dū morā faceret. ille dicebat intra se. forsitan peccata mea p̄hibuerūt eā venire ad me. aut certe in hūc locum me p̄cessit. sed nō inueniēs me remeauit. Cūq; dñm cū lacrimis orasset. ut desiderij suū ei ostenderet. ecce sancta mulier venit & in ripa fluminis stetit. Quā videns zosimas exultauit gloriificās dñm. Et cogitans eo qd̄ nō esset nauicula qualiter mulier posset trāhre. Vidit eaz factō signaclo sancte crucis sup̄ aq̄s iordanis pedibus ambulare. sibiq; festinanter occurrere. Que trāsiens cū p̄uenisset ad senem ait ad eū. Benedic me pater. factaq; oratōe. pacē seni dedit. & sacrosancta misteria suscepit. extendēsq; manus ad celos ait. Nunc dimittis famulā tuā domine s̄m verbum tuū in pace. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. Dixitq; ad senē. Perge cū pace ad monasterij tuū. venturo autē āno venies. & inuenies me in loco vbi prius tecū locuta sum. At ille de p̄cor te inquit. ut comedas mecum de his q̄ attuli. Illa vero tria grana lentis infusa. sumens cū gratiarū actione p̄cepit dicens. sufficiat nobis gratia spūs sancti. ut p̄seruare possimus p̄cepta dei. ora p̄ me abba & memor esto mei. Ille vero tactis pedibus dicebat. ora dñā p̄ sanctis dei ecclesijs & pro peccatore. & inuicē sibi valedicentib? signū sacre crucis faciens mulier. iordanē ut pri? fecerat pedibus trāsiit. Senex vero regrediēs rēphendebat seipm̄. qd̄ nomen sancte mulieris mīme req̄sisset. **C. LXXIII.**

**Q. Q. tercio redijs eā sepeliuit.**

**Q**ransacto autē āno ad heremū iuxta consuetudinē zosimas p̄perare studuit. vidēsq; uellū ad se venientē. cepit lacrimis faciem inūdare dicens. Reuela michi domine hiesu xpe thesaurū tuū angelū corporeū. Tūc p̄uenit ad locū qui quasi torrens fuerat. & vidit in pte illius q̄si solem orientē. vbi corpus sancte mulieris exanime iacebat. pedib? manibusq; ita dispositis. sicut oportet disponi mortuis respiciēs in partibus orientis. Tūc cursu cōcito ruit. & eius pedes lacrimis cepit rigare. nullāq; aliā pte corporis ul tangere p̄sumebat. cepitq; ibi oportuna psallere cātica. & orationē offerre solennem. secūq; cogitabat dicens. Ego quidē sepelire volebam corpusculū sanctū. sed timeo ne sancte mulieri displiceat hoc. Hec eo cogitante. vidit literas iuxta caput ei? in terza descriptas. cōtinentes ita. Sepeli abba zosima in hoc loco misere corpusculū marie. & redde terre puluerē suū. & ora p̄ me ad dominū. cui? p̄cepto mense aprilis die scda de hoc seculo sū assumpta. Repletus autē senex gaudio magno. eo qd̄ p̄ scripturā agnoscere potuit eius nomen. certus factus qd̄ postq̄ iordanē sancta dei p̄ceperat misteria. mox in eodē cucurrit loco. in quo vitam finiret. ad illudq; desertū qd̄ zosimas p. xx. dierū

spaciū vix pambulabat. illa sancta mulier in vna  
 puenit hora. & ad dñm migravit. Tūc zosimas in  
 tra semetipm dicebat. tps est adimplere pceptuz  
 sed quid faciā miserabilis. Ignoro qualiter terzā  
 possim fodere. erat aut durissima & nullo modo  
 fodiebat. laborabat senex pfusus sudoribz. Et su  
 spirans ex intimo cordis affectu. Respiciensqz vi  
 dit leonē magnū stantē ad pedes eius & osculan  
 tem vestigia eius. Quē cū vidisset zosimas. treme  
 factus est. Recordatus ē aut sermonis marie quā  
 dixerat ei. qd nūq̄ ferā vidisset in heremo. & cōsi  
 gnās se venerabilis crucis signaculo. credidit qd  
 nō eū noceret leo. ppter virtutem sancti illi? coz  
 poris. leo aut cepit inuere senē ostendēs se illi mā  
 suētū. Zosimas ait ad eū. sancta hec mulier pcep  
 pit ut sepelirē corp? suū. & ego senex mīme possū  
 terzā fodere. qz nec habeo tale acutū ferreamētū.  
 sed tu assume talem operā & fode terzā. ut possis  
 sanctū sepelire corpus. Mox cepit leo terzā fode  
 re pedibz. ad suscipiendā corporis depositionem  
 Tūc deponēs eā zosimas terzā coopuit astante se  
 cū leone. nudā ut antea fuerat nisi qd pāno rupro  
 quē ei iactauerat corporis necessariā ptem coope  
 ruerat. Discendentibz vero vtrisqz. leo ut agnus  
 māsuētus desertū petijt. zosimas aut regress? est  
 benedicēs & hymnū dicens deo. omniaqz mona  
 chis enarrauit q̄ viderat & audierat. & illi gloriā  
 cauerūt eū. Qui etiā āniuersariā sancte mulieris  
 depositionē celebrauerūt cū honore. Abbas autē  
 iohānes reperit aliquos in suo monasterio repre  
 hensibiles ut verba sancte mulieris adimplerēt.  
 & habitauit abbas zosimas in eodem monasterio  
 venerabilē ducēs vitā centū ānis. **CLXXIII.**

**De sancta marina & ei? falsa accusatione.**

**Q**uidā secularis habens vnicā filiā puulā  
 omendauit eā cuidā parenti suo. Et in  
 gressus monasteriū fidelem se & obediē  
 tem exhibuit. ita ut abbas eū plus q̄ ceteros fra  
 tres diligeret. Qui cum aliquādo recordare? filie  
 sue. tristari cepit & affligi intra se multis diebz  
 Quod videns abbas dixit ei. Quid habes fra  
 ter qd sic tristis ambulās. qui pcedēs ad pedes ei?  
 cū lacrimis ait. habeo vnū filiū in ciuitate quē re  
 liqui puulū. & recordatus affligoz ppter eum. &  
 noluit ei indicare qd puella essz. Vade inq̄ abbas  
 si diligis illū adhuc eū huc & sit tecum. Qd cum  
 fecisset. illā que marina dicebat vocauit marinū.  
 & dedit eā ad discendas literas intra monasteriū  
 Que cū esset ānoz. xiiij. cepit eā docere pater su?  
 viā dñi. monēs ut misteriū suū nullus agnosceret.  
 & ab insidijs dyaboli sollicitē caueret. Dū aut fa  
 cta esset ānoz. xvij. defūctus est pater ei? & illa  
 relicta sola in cella patris erat obediens omnibz.  
 ita ut ab abbate suo & a cūctis diligerēt. Habe  
 bat aut monasteriū par boum & carzū. qz vicinū  
 erat mare. vbi erat emporiū ad tria miliaria. ibāt  
 qz monachi & afferebant monasterio necessaria.  
 Erat aut in ipso emporio pandochiū. Cepitqz fra?  
 marin? ex pcepto abbatis frequēter pgerē cū car  
 ro. & si tardabat reuertī. manebat ī ipso pādochio  
 cū ceteris monachis. Cōrigit aut ut pandox ille fi  
 liā virginē haberet. ad quā ingressus miles cū ea  
 p̄cubuit & p̄cepit. Quā cū parētes affligerent ut  
 diceret de quo cōcepisset. Respondit. frater ma  
 rinus qui huc frequēter cū carro māsit. ipse me op  
 pressit & p̄cepit. Qd cū retulissent abbati. requisi  
 tus marin? vtz hoc scel? p̄petrassz. ingemiscēs

ait. peccauī pater penitentiā ago. ora p me.  
**CLXXV. C. De penis quas ppter con  
 scientiam rei sustinuit.**

**Q**unc iratus abbas eum p̄tundi & affligi  
 iussit. ipm qz de monasterio eiecit. Qui  
 nulli misterū suū p̄fessus iactauit se an  
 fores monasterij. iacensqz sup terrā. & in peniten  
 tia se affligens. ingredientibz fratribz postulabat  
 sibi bucellā panis dari. Pādochis vero filia pepe  
 rit filiū & ablactauit. quē mater puella secum ad  
 marinū ante monasteriū adduxit. ibi reliquit eum  
 & abiit. Quē virgo suscipiēs. de ipa bucella quā  
 ab introeuntibz accipiebat. alienū filiū tanq̄ pro  
 priū nutrebat. Postea frater misericordiā spū  
 cti. rogātes vix cogerūt abbatē ut fratrē marinū  
 ad veniā susciperet. Qui iā quinqz ānis penitēs  
 ante ianuā monasterij iacuisset. Ingressū itaqz vo  
 cauit abbas ad se. & iussit ei ut omnes imūdiās  
 in monasterio faceret. aquā ad necessaria purgan  
 da portaret. & omnibz seruiret. Qd virgo sācta  
 libentē suscipiēs & adimplēs. p? paucos dies doz  
 miuit in dño. Qd cum nūciassent fratres abbati.  
 dixit eis. Videte quale peccatū eius fuerit. ut nec  
 penitentiā meruerit. ipm tamen lēuate & longe a  
 monasterio sepelire. Cūqz lauarēt eaz cognitio qz  
 mulier eēt. tūdentes se clamabant. qz talis ouerfa  
 tionis & penitētiē inuēta. sic ab eis afflictā fuissz.  
 Vocatus quoqz abbas. cū vidēt esse mulierē. mox  
 cecidit in terzā & p̄cutiebat caput suū. postulans  
 ab ea veniā. Iussitqz corpus eius itra monasteriū  
 in oratorio reponi. Eadē die puella illa a demonio  
 arrepta. venit ad monasteriū. p̄fitebatqz crimē qd  
 admiserat. & de quo p̄ceperat. Septima autē die  
 repausationis eius in domino. liberata est ibidez  
 intra oratoriū a demonio. Vbi etiā vsqz mō de?  
 orationibz sācte virginis multa facit miracula.

**CLXXVI. C. De sancta eufrosina que  
 sexū suū similiter inter monachos celauit.**

**F**uit etiā in alexandria virgo noīe eufro  
 sina. quā cuz pater eius paphūci? vellet  
 nuptijs tradere. Illa monachū quendā  
 adiens petijt se doceri. ea que dei sunt. Qui dixit  
 ei. Si potes tēptamenta carnis ferre. relinque oīa  
 & fuge. Qua postulāte ut desideriū suū adimple  
 ret. facta orōe absēdit comā ei? induēs eā tunicā  
 scematis. & imposuit ei nomē smaragdus. orās qz  
 pro ea discessit. Illa vero cogitās in semetipā ait.  
 Si intrauero monasteriū puellaz. pater me? req̄  
 rens inueniet me. & violētē me trahet inde ppter  
 sponsū meū. Proiecta ergo a se veste muliebri  
 induit virilē. p̄gensqz ad monasteriū vbi pat̄ erat  
 notissim? simulās eunuchū quendā se esse de pala  
 tio venientē. ut recipere? petijt & impetrauit. di  
 cēs se vocari smaragdum. quā tradidit abbas vni  
 fratru agapito viro sācto dicens. Hic erit filius  
 tuus & discipul? talē eum p̄signa ut supet magi  
 strū. Cū aut smaragdus veniret ad ecclesiā. mul  
 tos cōcītabat dyabolus. ad decorē vultus eius p  
 malas cogitāones. ita ut omnes molesti essēt ab  
 bati. qui talē pulcritudinē introduxisset in mona  
 steriū. Proinde vocauit eū abbas & dixit ei. Fili  
 pulcra est facies tua. & fratribz? ifirmis sit in rui  
 nam. Volo te sedere in cella tua solū ibiqz psalle  
 re. & ibi manducare. nusq̄ egressuruz. Ingressus  
 ergo frater smaragdus cellā solutariā orabat ibi  
 vacās ieiunijs. vigilijs. & orationibz. ita ut mira  
 re? qui euz suscepit frater agapitus. & fratribz



referret constantia eius.

**C. LXXVII.**

**Q**ualiter ei? pr ab ipa nescies solatōez suscepit.

**P**aphuncius cogitās quid actuz esset de filia sua. qz a domo sua discesserat. afflictus est vehementer. qz vnica illi erat. & eā de vxore sua sterili p suffragia monachozū a deo impetrauerat. petēs ut ei herede daret. q post obitū suū agrue substantiā eius gubernaret. Audiens aut hoc sponsus ei? & pater ipi? venerunt ad paphunciu. & tristati valde dixerūt. Forsitan aliquis eā seduxit & fugit cū eo. statimq; sui cuz equis p totā alexandriā & egiptum missi. require bāt eā. Scrutātes quoq; monasteria puellaz. heremū & spelūcas. & nusq; inueniētes eā. lugebant quasi mortuā sponsus sponsā. pater filiā. Paphūcius aut dolorem suū nō ferens venit ad abbatēz supdictū. & cadens ad pedes eius dixit. Peto ne cesses orare dñm ut inueniā fructū orationū tuarum. Nescio em quid actū sit eufrosine filie mee. Audiens abbas tristatus est valde. Iussitq; omēs fratres adesse & caritatē orādo p ea ostenderent. qbz ieiunātib? & orātib? nichil reuelatū ē de illa. Nā & ipa iugiter orabat dñm. ne manifestā eam faceret in vira sua. Abbas aut solabat vix dicēs. Credo qz bonā prem sibi elegit. Ideo nihil nobis de illa deus reuelauit. Si em qd absit in malis opibus incidisset. nūq; dñs tātū laborē fratrz despexisset. Altera die quadā cū veniret ad monasteriū. videns eū abbas nimio dolore afflictum dicit ei. Vis loqui cū quodā fratre spūali. qui veit de palatio theodosij. Qui respōdit. volo. Dixit abbas agapito. ut introduceret eum ad cellā smaragdi. Cūq; eufrosina subito vidisset patrē suū & agnouisset. tota lacrimis repleta est. Qd ille opūctōez putās esse. nō agnouit eā. qz species vultus ei? p abstinentia & lacrimis emarcuerat. cuculla quoq; cooperuit faciē suā. ne aliquo modo agnosceret eā. Et facta oratōe cū sedissent. cepit ei loqui de futura beatitudine. quomō p elemosinā. & caritatē. & patientiā possit quis ad eaz ptingere. De oteptu seculi nō diligendos esse filios plusq; deū. nec patrem plus eo qui factor est oim. Vidēs aut eum in graui merore. & patiebat ei. & volens eū solari. dixit ei. Si filia tua in pditionē isset anime. de? eā tibi manifestaret. Potens est autē in hoc seculo manifestare eā tibi. Tu em gratias age. nihil de sperās. Nā & ego a maiistro meo agapito dolore tuū audiens. tibiq; opatiens. sepi? orauī deū. ut tibi sufferentiāz tribuat. & taz de te qd de filia tua quomō expedit adimpleat. Confirmatus igiē paphūcius discessit. veniensq; ad abbatē ait. Edificata est anima mea ab isto fratre. & ita letus effectus sū in gratia dei. tanq; si filiā meā inuenissem. Comendāsq; se orōib? fratru. reuersus est in domum suam. **C. LXXVIII.** **Q**ualiter tandem mortuam eam agnouit.

**Q**mplēs autez smaragdus intra cellam xxxviij. ānos. Cū tādē in infirmitatez decidisset. introiens ad eū paphūci? cepit eum deosculari clamās & dicēs. Heu me vbi sunt verba tua dulcia. quib? michi filiā meā vidēdam pmittebas. Ecce nō solā illā nō videbo. sed & te per quē solationē habebā amitto. Cui smaragdus ait. Iā pone finem tristitiē. Recordare qz iacob manifestauit deus ioseph quē qsi mortuuz lugebat. Cūq; iā diez sue dormitiōis instare agnosceret dixit ei. Quia desideriu meū deus adimple-

uit. & vsq; in finem viriliter certādo pduxit. nolo te iā esse solitū p filia tua eufrosina. Ego em sum illa misera. & tu es pater meus. corp? meuz nudari & lauari ab alio nō pmittebas. sed et p teipm hoc facias. Et qz in ingressu meo pmissi abbati me multas possessiones habere. & si pcurare possem in hūc locuz eas adducere. tu imple qd promisi. & ora pro me. hec dicens tradidit spiritū. Qd cum paphūcius au disset & vidisset. comota sūt viscera eius. & cadēs in terrā factus est quasi mortu? Accurrens aut agapitus vidēs smaragdū defunctū. & paphūciū iacentē semiuiuū. piccit aquā in faciē eius. & leuauit eum. qui dixit ei. Dimitte me ut hic moriar. surgensq; lamentari cepit cū fletu dicens. Heu me filia mea dulcissima. qre non atea te manifestasti michi. ut ego quoq; tecū spē te pmozarer. Audiēs agapitus. & causā agnosces. currens nūciauit abbati. Qui veniēs cōcidit sup eā. eulās & dicens. Eufrosina sponsa xpi. ne obliuiscaris seruoꝝ tuoꝝ. sed ora pro nobis ad dñm hiesum xpm. & iussit ut agregatis fratrib? cū honore debito sepeliret corp?. Quidā aut frater q vnū oculū amiserat. osculatus est vultū eius cuz lacrimis. statimq; ut eā tetigit. oculus eius restitutus est. Pater vero eius in eodem monasterio ouersus factus est. plurimā substantiē sue pte ibi de offerēs. Vixitq; in sancto pposito ānis. x.

**C. LXXIX.** **D**ocumenta quorundam patrum de modo viuendi. **C. Actor.**

**P**ost gesta quorundā sanctorū quoz tpa ignozam? libet etiā dicta quorundā patrum moralia de modo viuendi inserere. que de diuersis locis sparsa collegimus. **C. Ex dictis patrum.** Dixit abbas ioseph q tres ordines sūt honorabiles in aspectu dei. Primus qñ homo infirmatē & temptatōes ei adiūctū. & cuz graz actione suscipit eas. Secundus quādo aliquis omnia opera sua facit munda corā domino nichil habens humanū. Tercio quādo aliquis sedet in subiectione & pceptis spūalis patris obedit. & omnib? ppijs renūciat voluntatib?. **C. Abbas iohānes** cū moreret. petentib? fratrib? ab eo aliqd verbū ppendiosū loco hereditatis. Ingemiscēs ait. Nūq; feci ppiā voluntatē. nec aliqū docui. qd prim? non fecerim. **C. Senex** quidam fratri interroganti quid faceret. ait. Nō sunt omnia opa nostra eq̄lia. Nam abhzaam hospitalis fuit. & deus erat cū eo. Et helyas quietē diligebat. & deus erat cum eo. Et dauid humilis erat. & de? erat cū eo. Qd gō vides animā tuā fm deuz velle hoc fac. & custo di cor tuū. **C. Dixit abbas syfoi.** esto pemptibilis & voluntatem tuam & curas seculares post tergum pice. & tūc habebis requiē. **C. Dixit senex** ne habeas amicitā cum muliere. neq; cuz puero. neq; cū hereticis. Interrogatus est senex a fratre. quomodo inuenio deū. vtrū in ieiunio. vel i laboribus. uel in vigilijs. aut misericordia. Et respōdit. In his omnibus cum discretione. Dico em tibi q multi afflixerūt carnē suam. & qz sine discretōne abierūt vacui. os nostrū de ieiunio fetet. & scripturas omnes didicim?. & qd deus inquit nō habemus. humilitatē scz & caritatem. Frater requisuit abbatē agathonē. volo in agregatione manere cum fratrib?. quomō habitem cum ipis. Respōdit. Qualis primo die ingrederis. talis etiāz reliquos dies pagas cū huilitate. **C. Frater** dixit cuidam seni. Abba volebā inuenire senem aliquē

iuxta voluntatem meā & morari cū ip̄o. Et dixit ei senex. Nō ut tu sequaris voluntatē senis illius. sed ut ille tuā sequat̄. **¶** Dixit senex. debet monachus quotidie mane & sero intra semetip̄m solici te inquirere. quid per totā diē fecerit eoz q̄ vult deus. & qd̄ nō. **¶** Theodor⁹ in his trib⁹ excellēbat in nichil possidēdo. in abstinēdo. in hoīes fugiēdo. **¶** Lucius ait ad monachos eucharistia. & laboro & oro simul. dicens in laborādo. miserere mei deus. & dormio & oro simul. dans alicui pauperi de labore meo. qui orat pro me quādo dormio. **¶** Agatho ait. homo similis est arbori corporali. cui⁹ labor folia. interior custodia fructus. **¶** Arseni⁹ orās visus est a fratre q̄ uasi totus ignis. **¶** Ad euz facta est aliquādo vox dicēs. Veni & ostendam tibi opera hoīm. & egressus. vidit ethiopē incidētem ligna. & addentē sarcinē quā ferre nō poterat. **¶** Et ait vox. Hi sunt qui peccata peccatis addunt. **¶** Et vidit itez templum. & duos hoīes stantes in equis portātes lignū transversū. p̄pter qd̄ nō poterant intrare. **¶** Hi sūt inquit vox qui portāt iusticiā cū supbia. **¶** Et vidit itez hoīem stantē sup lacū & implentē ex aqua vas. & effundentē in cisternam prorsam. **¶** Hi sunt inquit qui habent bona aliqua. sed malis pmixta. **¶** Quidā duct⁹ est ad arseniū. & senex more solito post orationē tacuit. **¶** Postea idē ductus est ad moysen ex latrone uersum. qui benigne eū suscepit. **¶** Interrogat⁹ frater quis ei melior videret̄. ait. Michi interim hic melior videt̄. qui nos tam bene suscepit & pavit. **¶** Et orauit quidē frater ad dñm dicēs. Dñe vn⁹ istoz p̄pter nomen tuū omnes hoīes fugit aut videre aut oppellere. **¶** Alter p̄pter nomen tuū omib⁹ omnis est. **¶** Et ecce illi ostense sūt due naues p̄ flumiū in quaz vna nauigabat arseni⁹ cū silentio & rege. **¶** In altera moyses in cui⁹ ore angeli fauū mellis et in dentib⁹ inferebāt. **¶** Dixit abbas pastor. Noe p̄sonā tenet nichil possidentū. iob tribulatozum. daniel discernentiū. hec sūt tres actiones monachi. **¶** Idem. odiū duaz rez facit monachū. odiū scz carnalis repausationis. & vane glorie. **¶** LXXX. **¶** De p̄ceptu uel amore pecunie. **¶** Vidam frater habēs euāgelium vendidit illud dicens. Ip̄m verbū vendidit qd̄ iubet. vende omnia que habes & da pauperibus. **¶** Abbas iohānes mutuauit solidū a quodam fratre ut inde emeret linū quo oparet̄. **¶** Petētib⁹ aut̄ fratrib⁹ linū ad vestes suas libenter dabat. **¶** Petente aut̄ fratre solidū. cū nō habēt. abiit ad abbatē iacobū dispensatoz. & inuenit in via solidū iacentē. & facta oratione nō p̄tigit illū. sed rediit in domū suā. similiter scdo & tercio iuit. & inuenit nō p̄tigit. **¶** Cōtristato aut̄ fratre p̄ solido suo. abiit senex & inuenit. & facta oratōe attulit. **¶** quesuitqz utrū aliqs amisisset. & nō inuēto cui⁹ esset reddidit ei. **¶** Frater quidā seculo renūciās pauca tamen sibi retinēs venit ad basilium. cui ille. & senator esse destitisti. & monachū nō fecisti. **¶** Quidā rogauit senem ut pecuniā acciperet in necessitates. qui euz noluisset. dixit alter. Accipe in usus pauper. **¶** Cui senex duplex est tūc michi op̄probiū. qz cū nō indigeā accipio. & aliena tribuens vanā gloriā colligo. **¶** Obtulit quidā seni pecuniā qz senex & leprosus & infirm⁹ erat. **¶** Cui senex. post. lxx. ānos venis michi auferre nutritōz meū. **¶** Quidā greci pulsauerūt ad hostiū mulieris vidue. videntesqz filiā eius nudā. obtulerunt

ei vestimētū & nūmos. que noluit accipe nūmos dicēs. qz mater eius in die inuenerat qd̄ operaret̄ unde māducarent. **¶** Quidā ortulan⁹ totū laborem suū effudit in elemosinā. & vix victū sibi retinuit. **¶** Postea sachana instigante collegit lagenaz nūmoz quib⁹ in senectute uteret̄. **¶** Corrigit aut̄ ut putrefieret pes ei⁹. **¶** p̄suptisqz omnib⁹ nūmis i medicos sine p̄fectu. ad vltimum osilio boni medici voluit pedē incidī. & in eadem nocte rediēs in se ip̄m. ingemuit de peccatis suis. & stetit angelus dicens. vbi sūt nūmi quos collegisti. & vbi ē spes eoz. **¶** Tūc intelligēs ait. Peccaui dñe. ignosce michi & amodo nō faciā. **¶** Tūc angelus tetigit pedē ei⁹ et sanatus est. **¶** Et rediēs medicus. inuenit eū in agro operantē. & benedixit deum. **¶** Abbas theodor⁹ machario dixit. habeo tres codices p̄ficio ex lectōe eoz. sed & fratres petūt eos ad legendū & ip̄i p̄ficiūt. **¶** Respondit senex. boni quidē sūt. **¶** Sed mai⁹ omib⁹ est nichil possidere. **¶** Qd̄ cū audisset. vadit & vendidit codices & dedit indigentib⁹ p̄eciū. **¶** Gelasius habebat codicē solidoz. xviiij. cōtinebat em̄ vetus & nouū testamētū. & erat penit⁹ in ecclesia. ut qui vellet de fratrib⁹ legeret. **¶** Quē furatus quidā exposuit ad vendendū. emptoz aut̄ dixit ei. ut dimitteret eū ostēdere alij si tantuz valeret. & ostendit illā gelasio. qui ait. eme illū qz bonus est & tantū valet. quod ille retulit veditōzi. **¶** Cōpūctus ille retulit illū ad gelasiū. qui volebat eū recipere. & coegit eū ut reciperet. **¶** Arseni⁹ monacho suo dedit auruz & nūmos. & quidqz volebat tantūmodo ne furaret̄. **¶** Ille aut̄ nō p̄tines se. iussus est a senib⁹ expelli dicentib⁹. **¶** Frater infirmitatē carnis patiens sustinēdus est. **¶** Qui aut̄ furat̄ & amonitus. expellēdo est. **¶** LXXXI. **¶** De p̄ceptu carnal affect⁹. **¶** Vidā monach⁹ ad eū qui nūciauerat ei patrē suū esse mortuū. ait. Noli blasphemare. qz pater meus immortalis est. **¶** Frater quidā voluit videre soroz suā in monasterio egrotantē. que nolēs ei p̄bere occasionē. ait cui⁹. **¶** Vade & dic fratri meo qz eat in domū suā et oret pro me. qz cū xp̄i gratia videbo eū i regno celoꝝ. **¶** Et iā abbas iohānes habebat soroz. que ex infantia in sancto p̄posito uersabat̄. ip̄a euz erudit & docuit. ut relinqueret seculi vanitates. **¶** Ingressus in monasteriū p̄. xciiij. ānos nō est egress⁹. **¶** Illa vero nimis desiderabat eū videre. frequentqz mittebat ad eū epl̄as. ut ante exitū de corpe veniret ad eā. ut in caritate xp̄i de p̄sencia sibi inuicez letarent̄. **¶** Ille aut̄ excusabat se. **¶** Itez scripsit ad eū dicēs. qz si nolueris venire ad me. necesse ē ut ego veniā ad te. **¶** Accepit ergo secū duos fratres d̄ monasterio. & cū venisset ad ianuā soroz sue clamauit dicēs. **¶** Benedicite & videte peregrinos. **¶** Egredia illa nō agnouit fratres suū. **¶** Ip̄e aut̄ agnouit illā. sed nō est locutus verbū. ne forte in voce agnosceret eū. **¶** Cū aut̄ comedisset & bibissent aquā. reuersi sūt ad monasteriū suū. **¶** Post aliquātos dies scripsit ad eū soroz ut veniret. **¶** Tūc ille rescripsit. ego veni ad te & dedisti nobis aquaz. et accepi de manib⁹ tuis et bibi. **¶** Sufficiat ergo tibi qz vidisti me. sed ora pro me. **¶** Frater interrogauit senē dicēs. soroz mea pauper est. si do ei elemosinā nō est sicut vnus de pauperib⁹. **¶** Et dixit senex. nō est. qz sanguis medicum trahit te. **¶** LXXXII. **¶** De amore solitudinis.

**O**xit abbatissa matrona. multi in monte positi ea que sunt plaria agentes pierunt. Melius est enim cum multis esse & vitam solitariaz agere voluntate. quam solus esse et proposito mentis cum multitudine. Narravit quidam quod tres studiosi sese diligentes monachi facti sunt. quorum unus elegit litigantes in pacem reducere. Secundus infirmos visitare. Tercius solitudine quiete scire. Primus ergo laborans propter lites hominum non poterat omnes placare. & tedio victus venit ad secundum. & inuenit ipsum animo deficientem. & non valentem mandatum perficere. Et concordantes hi duo. venerunt ad tertium. narrantesque tribulationes suas. rogauerunt eum ut diceret quid ipse profecerit. Qui paululum reticens. misit aquam in citharam. & ait. Aetate dite in aqua. & turbulenta erat. Et post modicum iterum dixit attendite. quod limpida modo facta est aqua. Et cum intenderent in aquam. vident tanquam in speculo vultus suos. Et tunc dixit eis. sic est qui in medio hominum consistit. a turba enim non videt peccata sua. Cum autem quiete uerit & maxime in solitudine tunc delicta sua conspicit. Nilus ait. improbabilis est inimici sagittis qui amat quietem. qui autem miscet multitudini. crebra suscipiet vulnera. Beatus autem arsenius ad theophilum archiepiscopum rogantem sermonem ab eo. Et si inquit dixerit illum custodietis. Quo respondente. etiam ait. Vbi cumque audieritis arsenium appropinquare nolite. Idem arsenius sonum calamo appellabat terremotum. Pastor rogabat dominum ut non daret ei gratiam impetrandi pro reis ante iudices dicens. Domine noli michi dare hanc gratiam. alioquin non permittent homines sedere me in loco isto.

**LXXXIII. De luctu & opusione.**

**H**atribus manducantibus in caritate risit vnus ad mensam. Que videns abbas iohannes. fleuit amare dicens. Quid putas frater iste habet in corde. quod risit. cum magis flere deberet. quod caritate manducat. Dixit sancta syncretice. quod labor est & certamen magnum in primordio ouerforu. sed postea inenarrabile gaudium. Sicut enim qui ignem accendere vult. prius fumat. & postea ex fumum molestia lacrimatur. sicque obtinet quod volebat. Deus enim ignis consumens est. sic nos oportet ignem istum in nobis cum lacrimis & laboribus accendere. Cuiusdam ridenti dixit senex. coram celo & terra ratione totius vite nunc reddidit sumus. & tu ridens. quemadmodum umbram corporum nostrorum vbi que circumferimus nobiscum. sic debemus fletum & opusionem nobiscum habere vbi que sumus. Duo fratres impugnati a spiritu fornicationis. abierunt & acceperunt uxores. Postea abiit vnus ad alterum dicens. Quid lucrati sumus in hac immundicia ex qua pena sequetur eterna. & vitam angelorum deseruimus. Recedamus ad heremum. Reuersique ad senem inclusi sunt per annum integrum recipientes panem ad pensum equaliter. Et anno reuoluto egredientes. visi sunt habere vnus faciem pallidam. alter vero pulchram. Et causa palliditatis requisita. dixit. quod memorabar penam inferni michi debitam nisi penitentiam egissem. Similiter & ab altero quesierunt. Cur cum eodem pane & pondere tam bene coloratus es. quo frater tuus pallescit. Qui ait. recolo beneficium dei & exulto. quia me extraxit de inferno. & ex hoc semper gaudium habeo. Tunc intellexerunt quod equalis fuerat eorum penitentia. Arsenius operas pannum tenebat ad extergendas lacrimas. Idem ait. sufficit monacho dormire vna hora. si tamen pugnatore est. Idem nisi semel

in anno non mutabat aquam palmarum. sed enim adijciebat dicentes. pro odore unguentorum quo in seculo usus sum. opus est vti me nunc fetore isto. Mortuus arsenius audiens abbas pastor lacrimatus est dicens. Beatus es arsenius. quod fleuisti temetipsum in hoc seculo. qui enim se hic non fleuerit. sempiternus illic plorabit. Siue enim voluntarie hic siue illic cogentibus tormentis. impossibile est non flere. Idem ait. Monumentum quod ab hanc emit in terra promissionis est luctus. Pastor ait. Volo magis homines post peccatum penitentem. quam homines neque peccatum neque penitentiam intelligentem.

**LXXXIII. De silentio**

**O**xit abbas felix fratribus. & locutione sermonem interrogantibus. modo non est sermo. abstulerat deus a senibus gratiam. ut non inueniant quod loquantur. quod non est quod operentur. Aliquam plurimum sedentes fratres conferebant de sanctis scripturis. Stabant autem angeli circa eos letantes. delectabantur enim eloquio domini. Cum autem aliud quod inter se loquerentur. statim angeli sancti recedebant longius. indignantes contra eos. Veniebant vero portus fordidissimi & morbo pleni. & volutabant se iter eos. Demones autem delectabantur in vana & superflua loquela. Beatus autem senior hoc videns. abiit in cellam suam. & per totam noctem gemendo deflebat misericordias nostras. Et commonebat fratres per monasteria dicens. Cohibete fratres a multiloquio. & etiam ab ociosis. Quidam frater interrogauit senem vsque quo etiam seruandum est silentium. Respondit. vsque quo interrogaueris. Frater requisitum abbatem patrem. si bonum esset laudare proximum. Respondit senex. melius est tacere. Interrogauit amonas abbatem suum dicens. Quoniam lego scripturas. vult cogitatio mea ornare sermonem ut paratus sum ad interrogata respondere. Dixit ei senex. non est opus. sed magis de puritate mentis provide tibi. Ab abbate theodoro quidam tribus diebus interrogabat sermonem. Quo nichil dicente exiit tristis. Interrogatus theodorus quare nihil ei dixisset. & respondit. quia negotiator est. & alienis verbis gloriae. Agatho volenti sua reparare dicebat. precium semel datum suscipies & tacens & nunquam dinumeras. Idem per triennium lapidem in ore mittebat quo tacere disceret. Syfoi dixit. peregrinatio nostra est. ut teneat homo os suum. Pastor ad anub fratrem suum non respondit. hoc dicentes astantibus. ego iam mortuus sum. mortuus autem non loquor. Idem ad quem nona frater loquentem de scripturis non dedit responsum. dicentes astantibus. Iste defursus est. & de celestibus loquitur. ego autem deorsum. & de terrenis loquor. Si michi locutus fuisset de passionibus anime. respondissem ei.

**LXXXV. De abstinentia.**

**Q**uesiuit abbas ab abbate syfoi. Si bibit frater tres calices. nonne multum est. Cui abbas. Si non esset sathanas. id est concupiscentia. non esset multum. Frequentem dixit discipulus syfoi ad eum. Abba surge & manducemus. Et ille non adhuc manducauimus. At ille. non. Dixit abbas ypcius. Melius est manducare carnem & bibere vinum. quam in obrectatione comedere carnem fratrum. Venit quidem senex ad alium senem. qui precepit discipulo suo fac nobis modicum lenticule & infunde panes. quo facto. miserunt sic vsque ad alium diem loquentes de spiritualibus. Hora autem iam sexta iterum idem precepit. Cui discipulus. ab hesternis die feci. & surgentes comederunt. Quidam senex annis. xl. non bibit. Quando autem fiebat cauma lauabat forficulam. & impletam aqua appendebat ante oculos suos. Et

interrogatus a fratribus quare hoc faceret. dixit. ut vidēs qđ desidero. maiorē sustineā ardorez. & sic a deo maiorē osequar mercedē. **R**eferebant seniores de quodā fratre qđ ita impugnabāt eū de mones. ut statim hora diei prima tantā famem & deflectionē cor porū ei? facerent. ut penitus sustinere nō posset. Verūtamen ille dicebat in corde suo. qđ q̄litercūq; sit oportet me uel vsq; ad horā terciā expectare. hora terciā idē dicebat. etiā nūc violenter optet me sustinere vsq; ad sextā. Hora sexta infūdebat panē in aqua dicēs. Dū hic panis infūdeat. optet etiā me expectare nonā. Cūq; hora nona venisset. s̄m osuetudinez implebat orationes & psalmodiā s̄m regulā & ponebat panē ut omederet. hec ergo per plurimos dies sustinuit. Quodā aūt die cū hora nona sedisset ut cibū caper. vidit de sportella vbi panis. id ē pastinacea reposita erat. surrexisset fumū magnū & egressū esse p fenestras cellule sue. itaq; ex illo die nō esurit. sed ita corroboratū ē cor ei? ut etiā nec p? bīduū delectaret eū cibū sumere. **F**rater requisitū ab; batē sifoiū. quē admodū in cella ppria se gerere debebat. Cui ille. Comede panē tuū cū aqua & sale. & nō erit tibi necessitas aliqđ excoquēdi. aut longius euagādī. **R**equisitū abbas pemen. quē admodū optebat ieiunare. Respondit. Ego volo monachum ita quotidie paz comedentē ut nō satietur. Nā bīduana & trīduana ieiunia vane glorie vacāt. **D**icebat vn? ex patrib? qđ qui multuz comedit. & adhuc esuriens pmet se. maiorē mercedem habet. qđ ille qui parū comedit & se satiat. **D**ixit quidā senex. Ne qđ desideraueris aliqñ manduces. comedēs aūt qđ tibi a dño trāsmisus fuerit gratias ei age. **D**e quodā sene referebāt fratres qđ desiderabat cucumerem. quē cū tuliss; suspēdit ante oculos suos. & ne vinceret ex cupiditate nō tetigit eū. sed magis agebat penitentiā puniens semetipm. qđ desiderasset eū. **N**atan siluani discipulus anteq̄ fact? esset ep̄s in pharāni mediocriter victitabat. fact? ep̄s arctissime vixit. Dicebat em̄. si infirmitatē mō incurzo plui mi succurrūt. tūc aūt nemo succurreret.

**LXXXVI. De simplicitate & huilitate.**  
